



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Martinii Tridentini E Societate Jesu Sinicae
Historiae Decas Prima**

Martini, Martino

Monachii, 1658

Decimusquintus Imperator. Nankengus. Imperavit annis XXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11848

DECIMUS QUARTUS IMPERATOR ZUTINGUS.

Imperavit annis XXXII.

*Cyclo 21. anno
33. ante Christum 1464.*

Zusini Imperatoris filius secundò genitus, VOKIAI nepos, eum patruo regnante se præbuit, ut ab ipsomet quamvis sine spe mutuae pietatis, & prærepto per vim imperio haud dubiè infensus adhuc ipfi, tamen diligetur. Tanta vis est virtutis, ut etiam hostes, qui, cùm dissimulantur injuria, sæpe pejores fiunt, alliciat ad diligendum. Solers & ad futura prospicienda sagax, ita suis rebus moderabatur, ut patruo mortuo mollis ei esset ad imperium accessus, sine vi, sine armis solo, uti dictum, filio ejus excluso. Illud quâ prudenteria est adeptus, eâdem ad finem usque retinuit; summæ moderationis exemplum posteritati relinquens. Nam cùm filio dare aditum posset ad successionem; procerum judicio permisit, facerent quod è republ. ducerent esse. Quo illi præterito NANKENGUM VOKIAI filium ad imperium ab exilio arcessivere.

DECIMUS QUINTUS IMPERATOR.

NANKENGUS.

Imperavit annis XXV.

*Cyclo 22. anno
5. ante Christum 1433.*

Quanquam non caruit turbis ea successio, cùm magistratus NANKENGUM retinerent, præfecti ex adverso NANKENGI filium mallent. Et discordia in bellum exiit; in quo factio, quæ pro NANKENG O decernebat, superior fuit.

DEC I-